

pupum ui armata, a ufu sacrilego manus inncientes uolentas, eundem ignominiose ad **D**  
 castrum, quod Verus dicitur, dicta ciuitatis Astensis perduxerunt, ibiq; carceribus  
 manciparunt & detinuerunt, prout detinent etiam incarcerationum de presentia, sacri-  
 legum & excommunicationem aliasq; censuras ecclesiasticas & poenas iuris & con-  
 stitutionis prouincia Mediolanensis ecclesia (cuius dicta Astensis ecclesia suffraganea  
 existit) circa hoc editas & prolatas, & in partibus per ordinarios declaratas, da-  
 mnabiliter incurrendo, Nos de tantis tanquam grauibus excessibus (ut supra fertur)  
 nobis relatis, qui inter cetera ad uniuersalis ecclesiae reformationem sumus hic con-  
 gregari, ad quos super quibuscunque quaestionibus (si quas intentare uolebat contra  
 episcopum praefatum) habere poterat recursus, non immerito dolentes, uolentes  
 super his inquirere ueritatem, ipso comite (ut dicebatur) procurante per suos nuncios,  
 uenerabilibus fratribus Papiensi & Nouariensi episcopis dari concessimus in  
 mandatis, ut super obiectis per ipsum comitem aduersus ipsum episcopum diligenter  
 inquirent ueritatem, & uocatis praefato Philippo comite & qui forent euocandi,  
 de praemissis omnibus & singulis ac eorum circumstantiis uniuersis simpliciter &  
 de plano sine strepitu & figura iudicij se diligentius informarent. Et si dictum episcopum  
 in aliquo culpabilem reperirent, ipsum sub fida custodia retinerent, ac reuerti  
 fieri facerent, donec aliud a nobis seu Romano futuro pontifice haberent in manda-  
 tis, necnon informationem huiusmodi in scriptis fideliter redactam sub eorum clau-  
 sis sigillis, ad nostram praesentiam transmitterent, ut inde super hoc consultius agere  
 ualeamus. Si uero per informationem eandem dictum episcopum minime culpa-  
 bilem reperirent, ipsum facerent plena libertate gaudere. Cuius quidem concessio-  
 nis mandati tenorem hic haberi uolumus pro sufficiente expresso. Verum postmo-  
 dum nonnullorum fide dignorum relatione percepimus, quod litterae nostrae super  
 huiusmodi concessionis mandato executae non fuerunt, dictiq; episcopi propterea su-  
 per praemissis procedere minime ualuerunt. Nos igitur super praemissis prius sum-  
 maria informatione autoritate nostra facta, attendentes quod subditi in eorum praela-  
 ros, & laici in clericos nullam habent iurisdictionem & potestatem, & quod praemissa  
 in libertatis ecclesiasticae & pastoralis dignitatis uilipendium non modicum &  
 scandalum plurimorum redundare dignoscuntur, nolentes huiusmodi offensam  
 (sicut nec debemus) sub dissimulatione transire, & licet contra praedictos comitem  
 eiusq; commissarios & officiales in praemissis possemus iuris seueritatem exercere, ta-  
 men ad eos magis conuincendos mitius agere uolentes, committimus infra scriptis  
 fratribus nostris uel eorum alteri, quod si per summariam informationem quod ad **F**  
 ipsum comitem eiusq; commissarios & officiales tutus non pateat accessus, constite-  
 rit, ne propterea tanti tamq; graues excessus nostris conuientibus oculis remaneant  
 impuniti, per hoc praesens publicum edictum legendum & publicandum, ac in ual-  
 uis maioris Papiensis & Nouariensis & Astensis ecclesiarum cathedralium assignan-  
 dum, dictum Philippum comitem, eiusq; commissarios, officiales & quoscunque  
 alios, qui culpabiles fuerint in praemissis, in eos & eorum quemlibet sub excommu-  
 nicationis & interdicti, & in eisdem ecclesijs ciuitate Astensis ac ceteris terris & locis  
 dictae ciuitatis & eidem comiti subiectis quocunque titulo, poenis quas ferimus in  
 his scriptis (si monitioni huiusmodi non paruerint cum effectu) primo, secundo, ter-  
 tio requiratis, & moneatis, quem & quos tenore praesentium requirimus & mone-  
 mus, quatenus infra duodecim dies post lectionem, publicationem & affixionem plen-  
 tium ut supra faciendas immediate sequentes, quor; duo decim dierum quatuor pro  
 primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies pro tertio & penultimo termi-  
 no ac canonica monitione praedicta Philippo comiti eiusq; commissarijs & officialib; hui-  
 usmodi praesentibus & assignamus, praefatum episcopum absq; quolibet contradictionis obstacu-  
 lo infra tres menses a die relaxationis ipsius coram nobis personaliter accessurum, &